



Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

132 Aspice in me, & miserere mei, secundūm iudicium diligentium nomen
tuum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

336 MEDITATIONES

mum, & totus ipse desiderabilis: & in Hebræo est, guttur eius suavitates, & totus ipse desideria, vel ardentes concupiscentiæ. Has enim in abstracto vox Hebræa significat **בְּרֹאָה**.

132 Aspice in me, & miserere mei secundum iudicium diligentium nominum.

Respicit **PULCHRE** coniunxit, ut notat sanctus Deus ira. Ambrosius, respice, & miserere: quia retus, & prospexit, & iratus est super castra Aegyptiopitiis. exod. 14. rum: & ligatis axibus curuum omnes eos deiecit in fluctus. Et item. Respicies terram, Psal. 103. & facies eam tremere. Quid sit autem respicere Deum evidentissime, inquit, illo **Psal. 101.** testimonio declaratur. Quia respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorum. Oculus enim Domini non aspernatur iustorum munera. Denique oculos nostros cum in aliquem mouemur, auerimus, quasi indignum eum aspectu iudicemus, quem oderimus affectu. Hæc sanctus Ambrosius. Ceterum valde coniuncta cum oculis misericordia est. Videns turbas Dominus misertus est eis, & curauit agrotos eorum. Vedit orbatam viuico filio viduam, & misericordia motus super eam filium excitauit. Vedit flentem Magdalenanam, & ipse quoque lacrymatus est. Rogat igitur Propheta, ut oculos ad se Deus conseruat.

Matt. 9.
Exod. 14.
Luc. 7.

uertat, quod cum miseria conspecta vim
habeat ad cor permouendum, ita se miserū
conspecturus sit, ut pro sua pietate sit pari-
ter miseraturus. Quid autem aspectus Dei,
& oculorum eius directio faciat, dictum
est alibi: iuxta quod scriptum est. Oculi *Psal. 31.*
Domini super iustos, & iterum. Firmabo *Ibid.*
super te oculos meos. Sed, quod ait.
Miserere mei secundum iudicium diligen-
tissimum nomen tuum, intelligi potest primo,
Misericordiam mihi exhibe, ut consueuisti *Secundum*
(hoc est enim secundum iudicium) cum iudicium,
ijs, qui diligunt nomen tuum. Cum enim id est, ut
affluenter misericordiam praestes etiam soles.
ijs, qui te non diligunt, quos de auersis
conuersos, & de non diligentibus diligen-
tes fecisti, quae maxima est misericordia:
quis iam ambigere de tua misericordia
possit, qui te diligit? Hos enim ut filios
amplecteris: & misereris illorum magis,
quam mater. Sed, quoniam est & quedam
misericordia, quam Sancti nullo modo aut
cupiunt, aut petunt, potest intelligi quasi
declarando addidisse eam se misericordia
perere, quam diligentibus se solet paternè,
affatinque largiri. Misericordia autem
quam nolunt, illa est, quam Deus ini-
micis impendit iratus, dum abstinet a fla-
gellis, & correctione, quibus erudiri pos-
sent, & ad meliora proficerent. Vnde alicu-
bi ait. Misereamur impio, & non disceat *In Cant.*
facere iustitiam. Quia de re sanctus Ber-
ser. 42.

Z 5 nardus.

Timenda
irati Dei
misericor-
dia.

58 MEDITATIONES

nardus. Misericordiam hanc, inquit, ego
nolo: super omnem iram miserationis ista,
sepiens mihi vias iustitiae: & infra. Volo
irascaris mihi pater misericordiarum, sed
illa ira, qua corrigis deum, non qua
extrudis de via: illud tua nobis benigna
animaduersio parit, hoc formidolosa nu-
trit dissimulatio. Non enim cum nescio,
sed cum sentio te iratum, tunc maximè
confido propitium. Quo sensu accipit hic
psal. 98. Sanctus, quod dicitur in psalmo. Deus tu-
propitius fuisti eis, & vleiscens in omnes
adinuentiones eorum. Vocat quippe pro-
pitiationem, quod eorum Deus non pe-
percit excessibus. Sed neceam misericordia
optat Hieremias, qui ubi nos habemus. No-
sis tu mihi formidini, apud Septuaginta sic
habet. Non sis mihi in alienationem par-
cens. Quod græcè est φελόμενος. quod pro-
priè significat parcere, atque cum magna
cautela, & dexteritate contingere, quod in
vasis vitreis, & facillimè fragilibus fieri so-
let. Petit ergo non ita se tractari, nec quasi
parcè, & cautè contingi: denique flagellis
non subtrahi, sed erudiri. Hæc est enim mi-
sericordia, quam diligentibus se Dominus
præstare solet.

33 Gressus meos dirige secundum elo-
quium tuum.

HÆc est misericordia, quam enixè
perit, ut dirigat Dominus omnes gres-
sus